



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

Bibliopola Lectori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

BIBLIOPOLA LECTORI.



HABES, candidissimè LECTOR, Collectanea, & Commentarios (vtramque enim tuentur appellationem) nobilis scriptoris, D. AVGVSTINI BARBOSÆ, I.V.D. Lusitani, in vniuersum Ius Pontificium, nunc demum ab eodem infinitis penè accessionibus locupletatos, & communi calculo commendatos.

Vt ergo operis distribuendi ratio in primis haberetur & ordo, istuc in sex tomos diuidendum duximus; quorum

- | | | | |
|--|---|---|---|
| I. Decretalium | { | Primordia, quæ à IVSTINIANO <i>τὰ ἀρχαῖα</i> | } |
| | { | <i>lib. 1.</i> | |
| | { | Iudicia, <i>lib. 2.</i> | } |
| II. & III. causas, ex quibus iudicia oriuntur. | { | Proprias, { Clericorum Regularium, & Monachorum, <i>lib. 3.</i> | |
| | { | scil. { Laicorum, vt matrim. <i>lib. 4.</i> | |
| | { | Communes clericis, & laicis vt delicta <i>lib. 5.</i> | |
| IV. Sextus Decretalium, Clementinæ item, & Extrauagantes cum IOANNIS XXII. tum etiam communes, totum occupant. | | | |
| V. pariter, & vltimum Decretum GRATIANI. | | | |
| VI. Denique continet Selectas interpretationes vniuersi Iuris Pontificij. | | | |

Præterea INDICES varios & nouos adstrui curauimus, vt in compendium redigerentur, quæ fuso hoc opere latius pertractata, paucis quæ ad nos iusto tardius transmissa, calci cuiusque partis adnexis.

Deinde ne quid ad vsum tuum attinens omisisse videremur, INDEXEM legalem ad oram vniuersi operis retulimus, vt qui exactam vnius, vel alterius materiæ tractationem desideret, Auctores haberet obuios atque paratos.

Ego denique & publicæ utilitati, & tanti Auctoris, quem ex animo veneror, dignitati consulturus, nec operæ, nec sumptibus parcendum duxi, omnia quàm emendatissimè prodirent, lucemque viderent, quod (nisi me suscepti operis amor fallit) mihi videor assecutus. Sed tuum, amicè Lector, malo esse iudicium, quàm meum.
VALE.

APPRO